Sonuerunt et turbati sunt aque eorum.

cum ipsi tacere et compesci deberent, sonat et te tacere aut compesci volunt quod ipse hoc cum Judeis non est. Ergo ipse est. ut illi sonent et tu non taceas neque compescaris. Et vide apertissimum verum Sonuerunt inquit. Non ait locuti sunt. Et furor et odium nesciunt loqui sed tantummodo sonare et strepere sine sensu insipienta et insensibilia. nescientes ipsi quid aut ad quem et contra quem sonent. Loqui enim rationalium est. Verumtamen et inimici sunt Hierusalem aut non nisi abolitis et perditis suis adversariis quiescunt. ideo et illi tali sonitu suo quem sedare nesciunt. Christum abolere et perdere laboraverunt. sed frustra. Et non tacebat neque compescebatur. Deus enim manifeste venit et non silet.

Et qui oderunt te extulerunt caput: idem inimici Judei qui caput submittere deberent sub pedibus tuis. et reclinare sensum suum in obsequium. potius erexerunt illum contra et supra te. Unde cum sonuerunt. quod caput extulerunt. Et caput! Nullus quod nullus hic exprimitur. eo quod vere non sit caput sed fingitur. Christus enim caput omnium. Et illi ipsum caput (i.) sensum suum tumidissimum quo te negant et se confirmant aut iactant super te et tuos. Ad finem ablatus est Christus Et in eo est in mundo. Non haberet quid facerent ei. ideo insurgunt contra eos. quos fecerant tuos. et in quibus non taceret neque compesceretur. volentes eos abolere. et nihilominus compescere. Nam

Super populum tuum malignaverunt consilium. Et (i.) malum consiliaverunt consilium Et hoc idem: quod te adversarium suum inimicant tuam: in illos loquentes et loqui facientes compescere volunt. Et te non possunt. Studentes illos in quibus sonares abolere parant. Et sic saevi dicebant compescerimus

Et ita Cogitaverunt adversus sanctos tuos. (i.) consilium suum non pro eis neque cum eis. Sed contra eos. et hoc propter te quia sunt inimici. sancti tui. In te sanctificati in spiritu et veritate. Cum illi sancti sed sibi et in umbra ipsi videntur.

Dixerunt Venite. et disperdamus eos de gente. et non memoretur nomen Israel ultra hoc quidem Judei fecerunt ut ipsum Christum et nomen eius abolerent. ut Ps. xl. Quando morietur et peribit nomen eius.

Quoniam Cogitaverunt unanimiter: simul adversum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumeorum et Ismahelite Moab et Agareni Gebal et Ammon et Amalech. alienigene cum habitantibus Tyrum.

Nonne nobis hic exprimuntur Judeos. Quia eis tamen propter interpretationes et propter figuram proprietatis: quorum sunt convenient. Hi sunt ergo qui persecuti et filios fecerunt contra Christum. Primo Tabernacula Idumeorum dicuntur. Quod sunt vere tui Tentoria sanguinea: secundum carnem tantummodo commenticia quod est tabern